

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Spes e  
cum fonte primo

De diuina miseratione tunc sperandum  
amplius est, cum presidia humana  
defecerint.

Ambrosius in exameron.

nos uero et paupertas afficit et inopiae  
necessitas uexat, et plerosque indigentia  
cogit in flagitium, inpellit in crimen;  
lucri quoque studio in fraudes uersamus  
ingenium, aptamus adfectum atque in  
grauissimis passionibus spem deponimus  
fractique animo resoluimur, inprouidi et  
inertes iacemus, cum  
de diuina miseratione tunc sperandum  
amplius sit, cum praesidia humana  
defecerint.

Ambrosius Mediolanensis, *Exameron*, 5,  
17 (CSEL 32.1, C. Schenkl ed., p.184,  
ll.4-11).